



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

349. Christus in monte Galilææ discipulis se suis ostendit.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

II. Dicit ei IESUS: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. *Ioan. 21. v. 22.*

III. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei IESUS: Non moritur, sed; Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? *Ioan. 21. Vers. 23.*

MEDITATIO CCCXLIX.

*Christus in monte Galilæe discipulis suis ostendit.*

I. **U**Ndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem, ubi constituerat illis IESUS. Et videntes eum, adoraverunt: quidam autem dubitaverunt. *Matth. 28. Vers. 16. & 17.*

II. Et accedens IESUS, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Matth. 28. v. 18.*

III. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi. *Matth. 28. Vers. 19. & 20.*